

animal: ambulabatq; in hora viam quinque miliū annorum: & hęc faciebat in nocte. Et quasdā alias fabulas/ de quibus in decimo capitulo post hęc diceť. Christiana autem fides quę ardua precipit: in miraculis manifestis & utilibus tota fundata est: quę nō solū fecit christus/ sed etiam apostoli post eū: preterea & magistri qui euangeliū & scripturas apostolorum exposuerūt: & usq; ad presentia tempora durāt miracula: demoniorū/ quę expellunt: debiliū/ qui curantur: & mortuorū/ qui resurgunt. Hęc autem miracula christiani fecerūt & faciunt: dicentes christum crucifixum & verū & solum deū esse. Quę si dicant Saraceni non credere: tanq; hęc non facta sint: ostendam eis maius miraculū. Manifestū enim: q; ante christū totus fere mūdus idolis honorem tribuebat: maxime autē Romani/ qui mundi monarchiam tenebant: sed hi christianorū fidem susceperunt: & non solū crediderūt verū deū esse christū crucifixū/ sed & respuerunt omēs alios deos qui tanto tpe responsa eis per idola dederunt/ graue autem nihil imposuerūt cū christiana fides sic desueta & ardua mūdo iposisset: sicut cōtemnere mundū: cōtemnere seipsum: amare inimicos: orare p̄ persecutibus: benefacere malefacientibus: aliena non rapere: propria donare: Hęc oīa mundus suscepit ritum pristinum abijciens. Vel igit̄ sufficientibus miraculis psuasus est: vel absq; miraculis. Maius autē est miraculū & absq; miraculis per homines idiotas & simplices potuisse hoc fieri. Et hoc fecerunt christiani: non alios interimentes/ sed ab alijs eis illa tam mortē patienter sustinentes: Manifestū igitur omnibus modis christianorū fidem in miraculis stupendis fundatā esse Mahometi autē fidem nullo miraculo. Talis enim est qualis neq; miraculis indigeat: maxime autē ad Saracenos homines carnales & mundanos: prudentiores autem horū & litterarū peritiam habentes/ & virtutē viri sibi vendicantes/ nullam huic fidem adhibent.

Præcepta
christiana

Cōclusio

Quod lex Mahometi irrationalis est: Cap. viij.

o Ctauo considerandū est/ q; & absq; omni miraculo possibile esset Mahometi legem a mundo esse susceptā/ & cōfirmatā tanq; legē dei: si solū rationale cū seipsa haberet/ & ppter eū qui legē tulit: & ppter seipsam: &